

Accord passé, par l'intermédiaire de l'évêque de Vannes, entre l'évêque de Saint-Brieuc et le prieur de Saint-Martin de Josselin relativement aux chapelles de La Ferrière et de Lantenac.

FRAD56, 27 H 1

[En haut du document, en capitales, scindé en deux dans la hauteur : « CIROGRAPHUM »]

/1/ Universis sancte matris ecclesie prelati ceterisque fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, Guehenocus, Dei /2/ gratia episcopus, Petrus, archidiaconus, T., thesaurarius, Venetenses, salutem in auctore salutis. Cum Jocelinus, vene-/3/-rabilis Dei gratia Briocensis episcopus, et Stephanus, prior Sancti Martini de castro Jocelini, super donatione capella-/4/-rum de Ferraria et de Lantenac, auctoritate apostolica nobis super hoc delegata, coram nobis diutius liti-/5/-gassent, tandem post longuam litigacionem in hunc modum coram nobis pacifice convenerunt. Jus dona-/6/-tionis predictarum capellarum concessum est ad presentacionem magistri scolarum pacifice et sine /7/ calumpnia, et cedit de cetero episcopo Briocensi. In eisdem autem capellis prior Sancti Martini VIII^o 1 solidos et VI /8/ denarios accipiet annuatim, capellanus autem cuicumque episcopus Briocensis predictas capellas assignabit, /9/ jurabit bona fide in altera dictarum capellarum coram dictis episcopo et priore, vel eorum procuratoribus, se /10/ priori Sancti Martini dictam pensionem annuatim fideliter redditurum. Adnexum est huic compo-/11/ sitioni quod idem episcopus habeat magistrum scolarum et capitulum Briocensis ecclesie ad ipsam compositionem /12/ bona fide et pacifice concedendam. Hanc autem compositionem inviolabiliter observandam /13/ dicti episcopus et prior coram nobis fide interposita firmaverunt. Decimas etiam et cetera beneficia que /14/ prior et monachi Sancti Martini habent et possidere dinoscontur in episcopatu Briocensi idem episcopus /15/ sigilli sui munimine confirmavit. Et ut hoc ratum et firmum haberent posteri, presentes pa-/16/-ginas duximus sigillorum nostrorum munimine roborare. Hoc autem actum est coram nobis, /17/ anno ab incarnatione Domini M^o C^o 2 nonagesimo nono³.

¹ « octo ».

² « millesimo centesimo ».

³ 1199.